Mythologia, Padoue, 1616 - 27 : Diane au léopard / au lion

2 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Ce document n'a pas de relation indiquée avec un autre document du projet.

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 27 : Diane au léopard / au lion ; 2 médaillons, 1616

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7746

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Pagination

- p. 132
- p. 140

Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Credita

Fichier issu d'une pa

ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται
ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν.

Nulli erat auditum Danaum genus Apidanenſes
Arcades at ſoli fuerant olim: Arcades illi,
Qui Lunam ſuperare ferunt ſe tempore & annis,
Cum glandes ederent diſperſi in montibus altis.

Nam Theodorus paulo ante bellum quod ab Hercule aduerſus Gigantes geſtum eſt, Lunam apparuiſſe ſcribit libro vigeſimo nono Ariſto Chius & Dionyſius Chalcidenſis in primo ſuæ ædificationis idem confirmarunt. At Mnaſeas ait Proſelenum Orchomeni filium Arcadibus imperaſſe: quod etiam affirmauit Duris Samius in libro quinto decimo rerum Macedonicarum, qui inquit Arcadiam ab ſeſe, ac fluuium Orchomenum, à patre nominauiſſe, vnde & Mnaſeas Arcades ante Lunam genitos fuiſſe dixit, vt ſcripſit Apollonii enarrator, qui etiam Arcades ipſos vocatos fuiſſe proſelenos (quaſi antelunares dixerim) ab Ariſtotele ſcripſit.

Aiunt præterea Lunam ipſam eſſe cornutam, qualis Bacchus ab antiquis fingebatur, vt eſt in hymno Orphei:

κλῦθι θεὰ βασίλεια, φαεσφόρε, δῖα σελήνη,
ταυρόκερως μήνη, νυκτιδρόμε, ἠεροπορτε.

Audi luna Dea, & clariſſima luminis autor,
Cornuta, & noctu incedens, quæ curris & alte.

Quam eandem marem eſſe & fœminam putauit idem, vt eſt in eodem hymno:

αὐξομένη, καὶ λειπομένη, θῆλύς τε καὶ ἄρσην.

Aucta, & deficiens: eadem quoq; fœmina maſq;.

Huic ſagittas tribuerunt poetæ, quam Cynthiam à monte Deli celeberrimo & altiſſimo appellarunt, quo in loco Diana & Apollo nati creduntur. atque Diana eadem eſt Luna, vt ſuo loco explicabitur. Sic igitur ſagittas illi tribuit Horatius in tertio Carminum:

Tu curua recines lyra
Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ
Summo carmine.

Credite

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7746?context=pdf

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν. κτήνεα σφιν λοιμὸς καταβόσκεται ἔργα δὲ πάχνη.
κείρονται δὲ, γέροντες ἐφ' υἱάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες.
O miſeri, quibus ipſa grauem tu concipis iram.
Nam morbus depaſcit oues, ſegetemq́; pruina,
Orbantur q́; ſenes natis, & fœmina abortum
Mox pariunt.

Nam horum omnium facultas eſt Lunæ cõceſſa. Scriptum reliquit Plutarchus in vita Arati, Dianę imaginem admirabilem quandam fuiſſe apud Pellenenſes: quæ cæteris quidem temporibus neglecta iacebat, at vbi à ſacerdote efferretur, neminem quidem reſpiciebat, ſed omnium refugiebat intuitum in faciem. Illius enim aſpectus nõ hominibus ſolum, quos demẽtes faciebat, erat formidabilis ac grauis: ſed etiã arbores vel faciebat infœcundas, vel fructus deiiciebat, quacunq; lata fuiſſet. Et Strabo lib. 12. Caſtabalim fanũ fuiſſe Dianę Perſicę ſcribit, vbi ſacrę mulieres illęſis pedibus ſuper prunas ambularent. Legem fuiſſe in Tauris ſcribit Herodotus in Melpomene, vt omnes Græci, qui naufragio eò appuliſſent, virgini Dianæ immolarentur, vel (vt alii maluerunt) præcipites è quodam ſublimi loco deiicerentur. Alii id moris fuiſſe inquiunt vt caput eorum percuteretur, qui cũ eſſent mortui, eorum capita in crucem tollebantur, quę alii tamen humari putarunt. Fuerunt qui putarint Tauricam illam Dianam Iphigeniam fuiſſe Agamemnonis filiam, de qua Diana talis refertur fabula à Pauſania in poſterioribus Eliacis. Fama eſt quòd Alpheus amore Dianę captus: vbi neque gratia, neque precibus ſe quidquam ad nuptias proficere intelligeret, ſit ad vim conuerſus: at illa fugiendo inſequentem Alpheum vſque ad Letrinos ad nocturnos choros protraxit, vbi intereſſe Nympharũ luſibus conſueuerat. Ibi Dea ſibi ſuisq; ue ſociis os

cœno

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7746?context=pdf